Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



428

432

Qui breuiter aliis uerbis commendat apostolus dicens. In xpo enim ihu neq; circumcisio aliquid ualet. neq; preputium. sed fides quae per dilectionem operatur. Ostendit ex hac interrogatione scriba. graue sepe inter scribas et pharisaeos questionem esse uersatam quod esset mandatum primum siue maximum diuinae legis. quibus dari uidebatur holocausta et hostias et sacrificia laudantibus. alius uero maiore auctoritate fidei et dilectionis operam ferentibus. eo quod plurimi patrum ante legem absque omni uitulorum et sacrificiorum consuetudine. ex fide tantumque per dilectionem operantur placerent deo. summumque apud ipsum omnium loci haberent. nemo autem uquam absque fide ac dilectione per labium holocausta solum et sacrificia deo placuisse inuenerit. In qua sententia scriba iste et ita se fuisse declarauit. at illi ihs. diliges dnm dm tuum ex toto corde tuo. et in tota anima tua. et in tota mente tua. hoc est maximum et primum mandatum. secundum autem simile est huic. diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis. tota lex pendet et prophetae. Tota magnitudinem et latitudinem diuinorum eloquiorum secura possidet caritas. quia dm proximum quem diligimus. Doctet enim nos celestis unus magister. et dicit. Diliges dnm dm tuum ex toto corde tuo. et cetera. Si ergo uacat omnes paginas sacras perscrutari. omnia inuoluta sermonum euoluere. omnia scripturarum secreta penetrare. tene caritatem. ubi pendent omnia. Si tenebis quod tibi dicitur. tenebis et ita quod in eum dicitur. Si enim nosti caritatem. aliquid nosti unde et illud pendet quod forte non nosti. et in eo quod in scripturis intellegis. caritas parat. Ille uaque tenet et quod parat et quod latet induuntur sermonibus. qui caritatem tenet in omnibus. Et hoc est quod scriptum est. Breuiatum sermonem faciet dns super terram. congregatis autem pharisaeis. interrogauit eos ihs dicens. quid uobis uidetur de xpo cuius filius est. quia tentandum ihm fuerant congregati. et uerituri fraudulenta interrogatione capere nitebantur occasionem plures confutationis suae. interrogantur quod de xpo cuius filius sit. Interrogatio ihu nobis proficit usque hodie. contra iudeos. Et hi enim qui confitentur xpm esse futurum hominem simplicem ac semper eum ad sese degenere dicunt. Interrogemus ergo eos doctos adhuc. Si simplex homo est et tantum filius dauid. quomodo dauid uocat eum dnm suum. non errorem incestum. nec propria uoluntate. sed instinctu sancto. dicunt ei dauid. at illis. quomodo ergo dauid in spiritu uocat eum dnm dicens. Dixit dns dno meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo dauid uocat eum dnm quomodo filius eius est. Non autem reprehendunt quia dauid filium dicunt sed quia de filium non credunt. Siquidem ipse dns dauid est. de ante tempora manendo. et filius dauid